



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 93. Pax inter Catholicos & Unito-Protestantes Monachii stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.  
A. C. 1610.

## §. XCIII.

*Pax inter Catholicos & Unito-Protestantes Monachii stabilita.*

Hujus belli occasione Unito-Protestantes sub auspiciis Friderici Palatini Electoris Catholicas ubique ditaciones vexabant, & quidem Anhaltinus Princeps Reckemii prope Trajectum ad Mosam incenso Virginum monasterio, Coloniensis, Leodiensis imo & Brabantinæ Regionis incolas gravissimis affecerat injuriis, alii quoque Principes, qui se *Correspondentes* dicebant, quæsito militem Leopoldinum repellendi obtentu, in Episcopatum Spirenses, Wormatiensem, Argentinensem, Moguntinum, universumque Clerum injurii ad eorundem exterminium conjurasse videbantur. Pariter in agro Herbipolensi & Bambergensi pecuniam non a subditis modo, sed ab ipso etiam Herbipolensi Principe & Episcopo, quem iter agentem nummisque spoliatum violaverant, extorquere ausi sunt. His de injuriis a Joanne Swicardo Moguntinensi Electore, & Maximiliano Bavaricæ Duce, cui contra eos executio a Cæsare fuerat demandata, paterne moniti, cum nomine Catholici foederis parata arcendis hisce violentiis subsidia cernerent,

*Carafa l. c.*  
*Annal. Boicæ*  
*Adl. t. 3.*  
*part. 3. l. 2.*  
*Fridens*  
*tract. Monach. 1613.*  
*Mem. Gallobelg. t. 6.*  
*l. 4. p. 615.*

Hh 5

per

Sæc. XVII. per suos Legatos die decima quarta  
 A. C. 1610. Octobris Monachii rem cum Bavaro

Duce sic componebant, ut utrinque ab  
 omni hostilitatis genere abstinere, mu-  
 tuam amicitiam fovere, & militem,  
 nisi quantum ad communem defensionem  
 necesse foret, dimittere velint, Ju-  
 liacensi diffidio penes suos authores  
 relicto.

§. XCIV.

*Alii tumultus occasione hujus belli a  
 Protestantibus præcipue Aquis-  
 granensibus suscitati.*

*Carafa l.c.  
 pag. 46.  
 Merc. Gal-  
 lobelg. l. 33.  
 Et 34.  
 Khevenhill.  
 tom. 7. p. 383.  
 Londorp.  
 suppl. tom. I.  
 pag. 619.*

Sub idem tempus Alemarizæ oppido  
 sexta leuca Harlemio distito, cum  
 de Magistratu creando dissensio orta ef-  
 fet, cives, quos *sagittarios* vocant, ac-  
 ceptis armis curiam occuparunt, abla-  
 tisque urbis clavibus Ordines eo ad-  
 egerant, ut Magistratum exauctorare,  
 novumque constituere cogerentur. Ean-  
 dem quoque ob causam Leovardizæ ci-  
 ves effractis foribus Magistratum Curia  
 expulere, novo in ipsius locum subro-  
 gato: longe periculosior autem tumul-  
 tus Ultrajecti excitabatur, ubi cives  
 armati omnes urbis aditus occuparunt,  
 veteremque Magistratum itidem totum  
 abrogantes, novum suffecere, missis ad  
 Mauritium Nassovium Comitem Depu-  
 tatis,